

1752 136772

DISSERTATIO IURIDICA
DE
**SUCCESSIONE
EXSPECTATIVARIORVM**
IN
FEVDVM APERTVM


QVAM
PRAESIDE
VIRO CONSULTISSIMO ET EXCELLENTISSIMO
D. DANIELE NETTELBLADT,
SACR. REG. MAIEST. BOR. A CONSILIIIS AVLICIS
ET PROFESSORE IURIS ORDINARIO
DIE XXI. OCTOBRIS MDCCCLII.
PVBLICAE ERVDITORVM DISQVISITIONI
SUBMITTE
AVCTOR ET RESPONDENS
HENR. IAC. CHRIST. BRÜCKNER
ERFORDIENSIS.

13.

HALAE,

TYPIS HENDELIANIS.

(6)



DISSESSATIO IURIDICA

DE

SVCCESSEONIE EXSPECTATIV ARIORVM
IN FEVDVM APERTVM.

C A P V T I.

FEVDI APERTURA IN GENERE.



§. I.

Licet certissimum sit, feudum nunquam aperiri, nisi vasallus possessor amittat dominium utile feudale: *Aperturae feudi et feudum non tamen tories, quoties vasallus possessor illud di aperti de- amittit, feudum aperitur. In formanda notione finitio.* aperturae feudi itaque determinandum est, quae dominii vtilis feudalis amissio efficiat feudum aperiri. Si vero eo cogitationes nostras dirigimus, *feudi aperturam tum contingere*

A pater,

patet, si, re feudali ipsa adhuc subsistente, vasallus possessor dominium vtile feudale amittit ita, vt in extraneum non translatum, nec tamen adsit, qui vi primae inuestituree de praesenti in illud succedit. Vnde per se patet, quando *feudum* dicatur *apertum*, tum nimirum, si eius apertura facta.

§. II.

Casus, in quibus feudum non aperitur, recensentur.

Hinc fluit, *feudum non aperiri* per

- 1) *rei interitum*, quoniam tum *feudum ipsum* non subsistit;
- 2) *alienationem*, quoniam tum in extraneum transfertur;
- 3) *praescriptionem*, si *extraneus dominium vtile contra vasallum praescribit*, quoniam & tum in extraneum transfertur;
- 4) *appropriationem* ut & *praescriptionem*, per quam *vasallus contra dominum praescribit dominium directum*, quoniam in vitroque casu vasallus non amittit dominium vtile;
- 5) *mortem*, *relictis successoribus feudalibus legitimis*, quoniam tum non desunt, qui de praesenti, vi primae inuestituree, succedunt;
- 6) *resignationem in tertii fauorem factam*, quoniam tum in extraneum transfertur.

§. III.

Casus, in quibus aperitura sit, recensentur.

E contra vero ex data definitione fluit, *feudum aperiri* per

- 1) *mortem*, si *vasallus nullis relictis successoribus feudalibus legitimis moritur*;
- 2) *feloniam omnem*, siue in *dominum*, siue in *extraneum* sit *commissa*;
- 3) *resignationem*, quae vera *refutatio est*;

4) *prae-*

- 4) præscriptionem, si dominus dominium utile contra vas-
fallum præscripsit;
- 5) temporis lapsus;
- 6) susceptionem clericatus.

In omnibus his casibus enim contingit, vasallum possessorem do-
minium suum utile amittere, feudo ipso subsistente, nec tamen
per translationem in extraneum amissio sit, prout etiam semper de-
sunt, qui, vi primæ inuestitutæ, de præsenti succedunt,

§. IV.

*Praeter sex in §. præc. recensitos casus non dantur alii, in Quod dentur
quibus feodium aperitur. Non dantur enim casus amissionis do- aperturae
minii utilis, qui in §. 2. & præc. non recensiti. Cum itaque ii, casus, deter-
qui in §. 2. recensiti, non sint tales, in quibus feodium aperitur, minatur.
non nisi sex in §. præc. recensitos tales esse, manifestum est.*

Vt vero in sequentibus compendio vii possim, liceat hos casus
appellare: casum mortis, refutationis, feloniae, præscriptionis,
temporis, susceptionis clericatus.

§. V.

*Licet, existente uno vel altero casum aperturae, ad sint simul. An apertura
tamen inuestiti, vel qui ex pacto succedunt, vel exspectatiuarii, fiat, vel non,
tamen, hoc non obstante, feodium aperitur. Hi enim, licet de in casibus
præsenti succedant, hiacque videatur, eos impeditre aperturam, quibusdam
tamen non succedant vi primæ inuestitutæ, & sic ad sint tamen dubitis ex-
omnia ea, quae adesse debent, vt feodium aperiatur (§. I.). aminatur.*

§. VI.

*Si, existente casu quodam aperturae, contingat, legittimos Idem vteri-
successores superesse, qui adhuc aliquando succedere debent, vel us euoluitur*

A 2

etiam

etiam contingat, in eos extra ordinem statim deuolui feendum, tamen, hoc non obstante, feendum aperitur. Piores enim non succedunt de praesenti, licet vi primae inuestiturae succedant: posteriores vero, licet de praesenti feendum ad eos deuoluatur, tamen non succedunt vi primae inuestiturae. Cum itaque nihilominus desint, qui vi primae inuestiturae de praesenti succedunt, licet, casu quodam aperturae existente, adint tales, qui in propositione ipsa nominati, tamen feendum aperitur (§. 1.).

§. VII.

Divisio feudi aperti ex. Quando contingit feendum aperiri, is, cui aperitur, vel est dominus feudi, vel aliis. In priori casu dicitur, feendum domino apertum, in posteriori vero, feendum domino non apertum. Ast, si feendum domino aperitur, hoc est, eius dispositioni subiicitur dominium utile feudi, contingit nonnunquam, neminem superesse, qui iam dominium utile feudi habet, nonnunquam vero, tales adhuc superesse, & tum feendum domino apertum in priori casu, feendum domino simpliciter apertum, in posteriori casu vero, feendum domino ad tempus apertum, appellatur.

§. VIII.

E exemplis Quoties, feudo aperto facto, adiunt simultanee inuestiti, in illud de praesenti succedentes, feendum apertum, non est feendum domino apertum, sed potius feendum domino non apertum. Si enim adiunt, feudo aperto facto, simultanee inuestiti in illud de praesenti succedentes, domini dispositioni non subiicitur dominium utile feudi, sicque nec ei aperiri feendum dici potest (§. 7.).

Licet itaque §. 5. dictum sit, simultaneam inuestituram non obstat, quo minus feendum aperiatur, tamen obstat, quo minus si aperitur, domino aperiatur, cum potius simultanee inuestitis aperiatur; modo simultanee inuestiti de praesenti iam succe-

succedant. Nam, si demum aliquando ad successionem admittendi, feudum domino aperitur, ast non nisi ad tempus. Conf.
BOEHMERI Confut. & Dec. Tom. I. P. 2. Conf. 8o. Quaest. 4.

§. IX.

Si, feudo aperto factō, adjunt ex pātō succēdentes, vel ex illūspectatiuarii, hoc non obstante, tamen feudum domino & quidem simpliciter aperitur. Hi enim nondum habent dominium vtile feudale, licet sint eventualiter inuestiti, cum & in hoc casu non nisi dominium vtile conditionale habeant, conditio vero nihil ponat in esse, sive tempore aperturae nondum habeant actu dominium vtile, licet per ipsam aperturam illud acquirant. Nihilominus itaque, licet tales adsint, feudum aperitur, ita, vt desint, qui tempore aperturae iam actu habent dominium vtile eius, sive dominio simpliciter aperitur (§. 7.).

§. X.

Si, feudo aperto factō, illud extra ordinem de praeſenti fratur. deuoluitur in altquem, qui vi primae inuestiturae demum aliquando ſucceſſere deberet, feudum eſt feudum domino non apertum. Tum enim iterum domini dispositioni non subiicitur feudum, ſicque nec dici potest ei aperiri illud (§. 7.).

Quae de definitione & diuisione feudi aperti dicta, & per propositiones ex iis deductas illustrata sunt, cum legibus optime conueniunt, licet expressa legum verba desint. Quod enim attinget ius feudale Longobardicum, in multis textibus, veluti I. Feud. 18. II. F. 15. 26. 31. 37. 44. quidem mentio fit aperturae feudi, ast nullibi definitur, & eius species explicantur. Cum vero in his textibus non solum tum feudum dicatur apertum, si defunt successores feudales legitimi, veluti I. Feud. 18. II. Feud. 15. 26. sed & tum, si iis non deficientibus, per feloniam vasallus dominium vtile amittit, non solum in eo casu, quo propter

feloniam in dominum commissam, 'domino aperitur feudum,
 veluti II. Feud. 37. 44. sed etiam in eo casu, quo, per feloniam
 in extraneum commissam, agnatis aperitur, veluti II. Feud. 37.
 notio feudi aperti ea his legibus conformis est, quae omnes
 hos casus sub se comprehendit, qualis est, quam §. 1. sicut. Vn-
 de simul patet, & ipsas diuisiones in §. 7. obuias in legibus, si
 non quoad verba, tamien quoad rem ipsam obuenire. Quod
 vero attinet leges germanicas, saepe quidem in iis fit mentio
 der Eröffnung, ast nullus adest textus, ex quo notio aperturae
 formari possit, aut qui ad minimum in ea formanda adminicu-
 letur, praeter satis notum textum in Art. IX. §. 10. Capit. Nov.
 obuium, in quo dicitur: wenn auch inskünftige Leben dem Reich
 durch Todes-Fälle oder Verwürkung eröffnet und ledig beimfallen
 werden &c. Ex his verbis enim patet, non omnia feuda, quae
 aperiuntur, statim talia esse, quae domino directo ledig heim-
 fallen, siveque diuisionem feudi aperti in feudum domino aper-
 tum, & domino non apertum, sub his verbis latere. Si enim feu-
 dum apertum dem Reich ledig heimfalt, est feudum domino
 apertum. Caeterum notaandum, inter interpretes iuris feudalis
 esse, qui inter feudi aperturam & euacuationem distinguunt, aliis
 hanc distinctionem negligentibus. Sic Ill. D E B A L T H A S A R
 in Diff. de iure reinfeudationis speciatim reformationis feudi
 Cap. I. §. 4. ab apertura feudi differre monet ius aperturae &
 euacuationem feudi, praemissisque definitionibus differentiam
 inter apertura & euacuationem feudi inde deducit ita: in
 apertura adest consolidatio, & persona, quibus ordinarie compe-
 tit successio absunt; in euacuatione autem prior deest, & posterio-
 res adjunt. Ast nolui praeter necessitatem inter apertura &
 euacuationem distinguere, nec possum admittere toties, quoties
 feudum aperitur, consolidationem fieri, quod tantum non nun-
 quam verum est, si nimirum domino aperitur feudum. Tan-
 dem notes velim, me, quod attinet feudi domino aperti & eius
 diuisionis in feudum domino simpliciter apertum, & ad tempus
 apertum, denominationem, vestigia Ill. Georg. Ludou. BOEH-
 MERI in Tr. de indole & natura exspectatiuae & inuestigatiae
 feudalis & de huius renovatione Cap. I. §. 1. premere.

§. XI.

§. XI.

His praemissis ante omnia determinandum, quando in sex *Connexio-*
casibus supra recensitis, feudum apertum, feudum domino aper-
 tum sit, quando vero non; &, si feudum domino apertum est,
 quando sit feudum simpliciter, quando vero non nisi ad tempus
 apertum.

§. XII.

Si *feudum per mortem aperitur, semper est* *feudum domi-* *Quomodo*
no apertum simpliciter, siue adsint ex pacto succedentes, aut ex *feudum ape-*
speciatuarii, siue non, modo non adsint simultaneae inuestiti. Tum riatur euol-
enim, si bi adsunt, feudum non domino, sed iis, aperitur. Id uitur 1) in
quod quilibet ex principiis §§. 8. 9. praemissis facile colligere casu mor-
poteat, modo noter, si feudum per mortem aperitur, simultaneae tis;
inuestitos statim & de praesenti succedere.

§. XIII.

Si *feudum per feloniam aperitur, quando felonia in domi-* *2) in casu*
num commissa, siveque vera felonie est, feudum est *feudum domino feloniae;*
apertum, & quidem cum simpliciter, si nec legitimi successores
feudales, nec simultaneae inuestiti adsint, qui adhuc aliquando suc-
cedere debent, tum vero non nisi ad tempus, si tales adsint.
Quando vero felonie in extraneum commissa, feudum non est feu-
dum domino apertum, nisi defint tales, in quos vi legis devoluitur
in hoc casu dominium utile. Tum enim itidem domino simplici-
ter aperitur. Tam notum enim quam quod notissimum est, si,
felonia in dominum commissa, vasallus feudo pruatur, dominium
utile domini feudi dispositioni subjici, ita tamen, ut, quando agna-
tos innocentes, vel etiam coinvestitos tangit successionis ordo, illis
restituendum sit, cum, si felonie in extraneum commissa, illud sta-
tim

§ CAPVT I. DE FEVDI APERTVRA

tim deuoluatur in proximum successorem, modo talis supersit. Cum itaque, licet in priori casu domini dispositioni subiiciatur dominium vtile feudi, tamen in posteriori casu, nisi desint tales, in quos feudum vi legis deuoluitur, idem non contingat, in priori casu feudum sit domino apertum, non vero in posteriori (§. 7.). At enim uero, quoniam si per feloniam in dominium commissam, feudum ei aperitur, tum, quando desunt legitimi successores, vel simultanei inuestiti, qui adhuc aliquando succedere debent, non supersunt, quibus competit dominium vtile, in casu opposito vero tales supersunt, in priori casu simpliciter, in posteriori vero non nisi ad tempus, domino aperitur feudum (§. 7.).

§. XIV.

3) in casu refutatio-
nis; Si feudum per refutationem aperitur, semper est feudum domino apertum, & quidem tum, si non supersunt legitimi successores feudales, vel simultanei inuestiti, qui adhuc aliquando succedere debent, simpliciter, si vero tales supersunt, ad tempus. Cum enim, si per refutationem aperitur feudum, resignatio dominii vtilis domino facta, quod ei etiam aperiatur feudum, dubio caret (§. 7.). Quoniam vero, si, refutatione facta, adsunt legitimi successores feudales, vel simultanei inuestiti, qui adhuc aliquando succedere debent, non desunt, qui iam habent dominium vtile, cum in casu opposito tales desint, in priori casu feudum apertum est feudum domino simpliciter apertum, cum in posteriori casu fit feudum domino non nisi ad tempus apertum (§. 7.).

§. XV.

4) in casu prae-
scriptionis; Si feudum per praescriptionem aperitur, idem obtinet,
quod s. praec. dictum. Praescriptio enim, per quam feudum ape-
ritur, est ea, per quam dominus contra vasallum dominium vtile
praec.

praescribit (§. 3. n. 4). Vnde statim patet, in hoc casu, alii, quam domino, aperiri feudum impossibile esse.

Ast, si supersunt, feudo per praescriptionem aperto, successores feudales legitimi, seu simultanei inuestiti, qui adhuc aliquando succedere debent, quales superesse possunt, cum haec praescriptio non noceat negligentis vasalli agnatis, vel simultanei inuestitis, nisi & ipsi, ab eo tempore, quo ordo succedendi praesens eos terigerit, per nouum spatium trecentiarum ius suum pariter neglexerint, adsunt adhuc tales, qui iam habent dominium vtile feudale, quales, his defientibus, desunt, per consequens in priori casu ad tempus, in posteriori vero simpliciter, feudum domino aperitur (§. 7.).

§. XVI.

Si feudum per temporis lapsum aperitur, semper est feudum domino simpliciter apertum, nisi adsint simultanee inuestiti de temporis praesenti succedentes. Feudum per temporis lapsum aperiri, non nisi dupli modo contingere potest, si nimurum vel ad tempus concessum est, vel concedentis ius resolutur. Licet vero in utroque casu, si adsunt simultanei inuestiti, ii succedere debeant in feudum ita apertum; tamen nunquam vasalli possessoris legitimí successores feudales succedere possunt. Quae cum ita sint, in subdium vocatis notionibus feudi domino aperti & domino simpliciter aperti (§. 7.), constabit de veritate propositionis demonstrandae.

§. XVII.

In casu aperturae per susceptionem clericatus feudum domino non aperitur. Si enim per susceptionem clericatus aperitur *susceptionis* feudum, id statim deuoluitur in proximum successorem (arg. II. clericatus.

B

Feud.

Fend. 37. pr.), hincque fluit per definitionem feudi domino aperti (§. 7.) in hoc casu feudum domino non aperiri.

Haec sunt, quae de feudorum apertura in genere praemittenda esse duxi. Licit enim non omnino noua sint, quae dixi, non tamen ita iam sunt excusci, ut praetermittere, & in sequenti tractatione gratis adsumere potuerim. Praesertim vero omnes aperturae, casus determinandi erant, cum in sequentibus saepissime ad eos prouocandum sit, & vulgo non nisi tres, per mortem nimirum, feloniam & refutationem allegari soleant, quibus alias tres addidi, licut non adeo frequentes sint, ac quidem caeteri. Si cui videatur, superesse adhuc casus aperturae, a me tamen praetermissos, nimirum 1) eum, in quo apertura sit per rei feudalis deteriorationem; 2) eum, in quo sit per vim, qua vasallo feudum eripitur; is, me primum sub feloniam comprehendere, & posteriorem pro aperturae casu non agnoscere sciat.

C A P. II.

DE

REQVISITIS AD SVCCESIONEM EXSPECTA-
TIVARIORVM IN FEVDVM APERTVM
NECESSARIIS.

§. XVIII.

Thema huius capituli determinatur.

Vt exspectatiarius ad successionem in feudum admittatur, hoc unicum non sufficit, feendum factum esse apertum, sed potius plura requisita coniunctim adesse debent, quae redeunt in genere ad sequentia:

1)

- I) Casum aperturae talem esse, in quo exspectatiuarius ad successionem admittendus;
- II) exspectatiuam esse validam;
- III) in concursu plurium exspectatiuariorum eum, qui succedere vult, reliquis esse praferendum.

De singulis his requisitis itaque speciatim agendum erit.

MEMBRVM I.

D E

PRIMO REQVISITO AD SVCCESIONEM
EXSPECTATIVARVM IN FEVDVM
APERTVM NECESSARIO.

§. XIX.

Vt casus aperturae talis sit, in quo exspectatiuarius ad successionem in feudum admittendus, requiritur, tam secundum ius nem exspectatiuare naturale, quam secundum ius feudal positiuum feudum etatiuarii esse I) domino apertum factum. Nisi enim feudum domino aper*rum* requiri-tur feudum factum sit, dominus illud alteri iterum concedere nequit (*§. 7.*). At enim uero, vt exspectatiuarius in feudum succedere possit, feudum ita apertum factum esse, vt dominus illud alteri iterum concedere possit, necesse esse, ex natura & iudice exspectatiuae per se patet. Hincque vera est propositio demonstranda quoad ius naturae. Sed & eandem veram esse quoad ius positivum, satis euincit textus II. Feud. 24. ibi: *cum feudum DOMINO, aut heredi suo fuerit apertum.*

B 2

Cum

Cum iam ex superioribus (§. 12. seqq.) constet, in quibus casibus feudum domino aperiatur, in quibus vero non; nolo quidem repete hic omnes casus, in quibus feudum domino aperitur, ast tamen alia quaedam hoc facientia sunt addenda.

§. XX.

quod ulte-
rius expen-
disponit, ut per eam dispositionem casus aperturae domino factae,
qui, nisi talis dispositio facta, existeret, ab existentia reprimatur,
secundum ius naturae quidem talis dispositio etenim valere ne-
quit, ut exspectatiarius, si casus existit, quo, nisi talis dispositio
facta esset, feudum domino esset apertum factum, a successione ex-
cludatur: ast secundum posituum etiam etenim valet, ut exspe-
ctatiarius a successione tum excludatur, si eius, in eius favorem
haec dispositio facta, quique excludere vult exspectatiarium a
successione, ius reale est. Conditio enim sub qua feudum in ex-
spectatiue concessione promittitur, est conditio, quae ex parte
potesstatua, ex parte vero casualis est, sive mixta conditio est,
& quidem, quatenus potestatua est, ex parte domini, sive ex
parte promissoris potestatua est. At enim uero, licet secundum
ius naturae promissarius promissorem adigere nequeat, ut condi-
tionem ex sua parte adimplat (L. B. de WOLFF Ius. Nat. P. 3.
§. 522.) promissor ramen in hoc casu efficere non debet, ne exstet
conditio (l. c. §. 523.); hincque domini dispositio, post iam conces-
sam exspectatiuam facta, per quam casus aperturae, qui, ea non
facta, existeret, ab existentia reprimitur, cum per eam efficiatur,
ne exstet conditio, iuri naturali contraria est, & per consequens
exspectatiarius per eam a successione secundum ius naturae ex-
cludi nequit.

Ast secundum ius posituum res aliter se habet. Quid enim sub data hypothesi iustum sit, ius posituum feudale nullibi
de-

definit, siveque hic ad ius positivum allodiale est recurrendum, secundum quod, & quidem secundum ius Romanum, obtinet vi I. 15. C. de R. V. principium per abstractionem formatum: quoties in acquisitione iuris realis duo pluresue concurrunt, quorum unus nonnisi ius personale ad acquisitionem iuris realis habet; alter vero ipso iure reali iam est instrutus, hic, licet tempore sit posterior, nec tamen in dolo sit, priori est praeferendus. At enim uero exspectatiuae concessio concertit acquisitionem dominii utilis feudi, siveque iuris realis acquisitionem, & tamen exspectatiuarius, exspectatiua concessa, licet etiam exspectatiua sit inuestitura confirmata, non nisi ius personale habet ad acquisitionem iuris realis, & in nullo casu dominium utile ipse iam actu competit, hincque, si sub data hypothesi ius eius, qui excludere vult exspectatiuarium, reale est, per eum secundum ius positivum omnino exspectatiuarius a successione excluditur.

Rechte itaque philosophatur Dn. LANGEMACK in dem allgemeinen Lehrrecht aus physischen Gründen erwiesen §. 31. dum ait: „Wenn wir jemand, eine Exspectanz auf ein Lehnsgut ertheilen, so versprechen wir denselben dadurch, dasz „er das niedere Eigenthum an solchem erhalten solle, sobald „das Recht des ietzigen Besitzers auf ören würde und sobald „es wegen geschehener Vereinigung des niedern und oberen Eigenthums uns möglich sein würde, daß wir ihm solches zu Lehn übergeben könnten. Da hier nun ein Recht des Vasallen und ietzigen Besitzers benannt wird, welches erst zu Ende gehen sollte; können wir wohl darunter ein Recht verstehen, „welches derselbe künftig erst an dem Gute erhalten würde „und welches wir denselben an der Lehnssache nach Belieben „ertheilen könnten? Solches ist jetzt nicht ein Recht desselben. „Würde uns auf die Art nicht allemal ein Recht vorbehalten „sein, die Hoffnung der anderen zu beirrigen und den Vertrag nichtig zu machen? Würde es uns nicht frei stehen, dem ietzigen Besitzer sein Recht durch Verträge zu verlängern und

„demselben bis ins unendliche ein Recht abzutreten? Wir ver-
 „sprächen iemanden etwas unter der Bedingung, wenn aus die-
 „sem oder ienem löcherigten Gefässe, das eingeschüttete Was-
 „ser würde abgelaufen sein; wir machten aber nachgehens die
 „Erklärung, daß wir unter dem Wort Wasser nicht insbefon-
 „dere, das jetzt hereingeschüttet, sondern überhaupt Wasser
 „verstanden hätten und wolten nach Danaïden Art das Gefäs-
 „,beständig wieder anfüllen, um das Versprechen niemals hal-
 „ten zu dürfen, würde diese Schieane nicht wol mehr lächerlig
 „sein als iene? Es wird also natürlicher Weise blos dasenige
 „Recht darunter verstanden, welches jetzt der Vasal am Lehn-
 „gute besitzet, und wir ertheilen allo iemanden ein Recht, in-
 „dem wir uns dieses Ausdrucks bedienen, so bald das gegen-
 „wärtige Recht des ietzigen Besitzers nach seinem vollen
 „Maafte würde zu Ende sein, ohne daß derselbe zu solchem
 „irgend einen Zufatz sollte bekommen haben.“ Ast haec phi-
 losophia perdit suam vim, si secundum ius positivum, quid
 iustum sit, definiendum, prout ex data demonstratione pater.
 Licer enim demonstrationis tota vis consistat in principio gene-
 rali ex I. 15. C. de R. V. per abstractionem formato, inde ta-
 men robori ejus nihil decedit. Existimat quidem ROMANVS
 in Cons. 70. hanc legem in feudis locum non habere, nullum
 tamen video huius sententiae fundamentum. Porro videtur
 quidem potius ex principiis Iur. Can. in quo constitutum, eum,
 cui prius beneficium concessum fuit, praeserendum esse illi,
 qui secundo loco impetravit, quamvis hic possessionem naefus
 fuerit c. 12. de Rescriptis in 6to c. 17. de praebendis eod. hic ar-
 gumentandum esse, cum non solum Iur. Can. prae Iure Rom,
 competit praerogativa, sed etiam feuda cum beneficiis ecclie-
 stasticis magnam cognitionem: ast tamen nec hoc ad-
 mitti potest. Plures enim, quibus vnum beneficium conces-
 sum diuerso tempore, iura aequalia habent, nec vnius est per-
 sonale, alterius reale, siveque casus de beneficiis maxime dissimi-
 lis casui, de quo hic agitur, in quo vnu tantum ius personale
 habet, alter vero reale. Quodsi vero aduersit textus Iur. Can.
 ex quibus per abstractionem formari posset principium genera-
 le,

le, in collisione iurium, ius prioris semper praferendum esse, licet posterioris ius sit reale, tum omnino aliter determinandum esset, quid sub data hypothesi in propositione demonstrata iustum sit. Licet tandem prouocare quis vellet ad regulam iuris: qui prior tempore potior iure: notum tamen est, hanc regulam vim suam perdere, si ius posterioris est fortius.

§. XXI.

Ex hoc principio generali fluit prono aliueo sequens propositio: *Si contingit circa feudum exspectantia promissum mutariis exspectatiuum talis dispositio facta, quae aperturae casum ab existentia reprimit, tum quando adeat, qui iam eo tempore dominium utile feudi actu habet, secundum ius posituum exspectatiarius non succedit.*

§. XXII,

Hinc porro inferre licet, secundum ius posituum: *illustratur,*

I) *Si exspectatio in casum mortis concessa, & moritur iam ultimus possessus sine legitimis successoribus feudalibus, tum tamen, quando adiunt simultanea inuestiti, sive ante, sive post concessionem exspectatiuae simultaneam inuestituram impetraverint, exspectatiuarium non succedere:* Conf. BRVNNEMANN Conf. 20.

II) *Si feudo post exspectatiuae concessionem alienato contingit tale quid, quod, si feudum alienatum non esset, efficeret, illud dominio aperiri, exspectatiuarium non succedere, nec posse cum a possesso feudum reuocare.*

§. XXIII.

Vt casus aperturae talis sit, in quo exspectatiuarius in 2) simpliciter feudum succedere potest, requiritur in dubio tam secundum naturam, rule,

16 CAP. II. DE REQUISITIS AD SUCCESSIONEM

rale, quam secundum ius positivum, feudum apertum domino II) simpliciter apertum factum esse. In dubio enim sequendum esse id, quod ordinarium est, secundum utrumque ius valet. Ordinarium vero esse, dominum exspectatiuam concedentem supponere casum aperturae, quo ei feudum simpliciter aperitur, dubio caret.

Licet nullam videam rationem, cur dominus non possit exspectatiuam etiam ita concedere, ut, licet feudum ei tantum ad tempus aperiatur, tamen exspectatiuarius succedere debeat, cum tamen per temporis tractum, per quod feudum apertum est, eo utri possit exspectatiuarius & nullius ius eo laedatur; id tamen in dubio non presumendum esse ultra largior.

§. XXIV.

3) per causam
vt casus aperturae talis sit, in quo exspectatiuarius ad
jam efficientem successionem admittendus, requiritur, tam secundum ius naturale
tem, quam quam secundum ius positivum III) causam efficientem aperturae
exspectativa esse talem, quam exspectativa sub se continet. Id quod per se
sub se continet, patet.

Cum dentur variae causae efficientes aperturae, in applicatione huius requisiti ad casus obuenientes multum interest, quomodo causae efficientis aperturae in exspectatiuae concessionem facita, siquidem eius mentio facta est, cum fieri possit, nihil de ea dictum esse. Operae itaque pretium erit, hoc requisitum ulterius euolui.

§. XXV.

quando
praececeris in exspectatiuae concessione nulla certa causa efficiens apertura
ta quedam rae expressa est, quae existit, perinde est. Si vero certa quedam
esse debeat, causa efficiens aperturae expressa est, quando feudum aperitur qui-
quando vero
non, dem,

dem, sed non per expressam in exspectatiuae concessione caussam efficientem, exspectatiuarius in feudum non succedit, ita, ut nec admittendus sit, et si ex post existat, quod esset caussa efficiens aperturae in exspectatiuae concessione expressa, nisi iam antea feudum apertum factum esset. In priori casu enim semper existit caussa efficiens aperturae, sub exspectatiua comprehensa, si modo una caussarum efficientium aperturae existat. In posteriori casu vero ea non existit, nec ideo ad existentiam venit, quoniam ex post existit, quod esset caussa efficiens aperturae in exspectatiuae concessione expressa, nisi iam antea apertum factum esset feudum, cum feudum per vnam caussarum efficientium aperturae semel apertum factum, per alteram ex post aperiri nequeat. Hincque patet, secundum ius naturae veram esse propositionem demonstrandam. Secundum ius positivum vero idem valere arg. c. 6. de Rescriptis in oto & silentium legum posituarum euincunt.

§. XXVI.

Hinc fluit, quod si in exspectatiuae concessione mors propter quid, si caussa efficiente posita est contingat per feloniam vel refutationem certa quae- feudum aperiri, exspectatiuarium non succedere, licet ex post de- dam requi- terminatus mortis casus existat, tam secundum ius naturae, quam ritur, pro positivum.

Et ita communiter DD. sentire satis notum est, licet sint, qui dissentiant. Vid. STRVII Synt. Iur. feud. cap. VII. §. 5. n. 7. & 8. ibique alleg. Cum vero STRVVIVS cum iis, quos tanquam consentientes laudat, nondum omnia, quae huc pertinent, exhauserint, meum erit ad magis specialiora, praemissio hoc principio generali, descendere.

§. XXVII.

Si contingit, feudum, exspectantia in casum mortis pro suum di- missum, aperiri domino per feloniam, bunc vero feloniae poenam

C

re-

remittere, & tum per mortem ex post ei aperiri feudum illud, exspectatiuarius, tam secundum ius naturae, quam etiam secundum ius posituum ad successionem est admittendus. Quoniam enim sub hac hypothesi post remissionem feloniae feudum non amplius aperatum est, per mortem, tanquam caussam efficientem, aperitur feudum, sive conditio in forma specifica impleta est, & adest causa aperturae in exspectatiuae concessione expressa, hinc exspectatiuarium sub data hypothesi ad successionem admittendum esse secundum ius naturae, & etiam, cum silent leges positivae, secundum ius posituum, dubio caret.

§. XXVIII.

veritate in- Si contingat, sub hypothesi s. praec. feudum aperiri per refutationem, adest exspectatiuarius probare posset, per collusione domini cum vasillo possidente, illum, mediante refutatione, dolose impedire voluisse, ne per mortem aperiatur feudum, casu mortis existente exspectatiuarius succedit, tam secundum ius naturae, quam secundum ius positum. Secundum virumque ius enim, dolus nemini debet patrocinari.

§. XXIX.

fum est. Si in exspectatiuae concessione expressa est certa caussa efficiens aperturae, tum quidem, quando non sunt adiectae determinations individuales, quoad successionem exspectatiuarii, perinde est, sub quibus circumstantiis expressa caussa aperturae existat. Si vero adiectae sunt determinations individuales, cum omnibus iis caussam aperturae expressam existere necesse est, in quo ius naturae & positum conspirant. In priori enim casu iam tum existit aperturae caussa, sub qua feudum promissum, si modo adiecta caussa existat, sive sub his, sive sub aliis circumstantiis existat. In posteriori casu vero non existit, nisi omnes determinations individua-

duales simul existant. Et, prout ex ipso demonstrandi modo patet, secundum ius naturae veram esse propositionem demonstrandam: ita ex silentio legum posituarum, nihil de hoc casu disponentium, patet, eam etiam secundum ius posituum veram esse.

Sic e. g. si pro causa aperturae generaliter posita mors vasalli sine liberis, sive hic, sive ille vasallus sine liberis moriatur, modo per mortem feudum aperiatur, perinde est. Si vero causa haec aperturae adiectas haber determinationes individuales, veluti si Titius, si praesens vasallus, sine liberis moritur, praecipue Titium, seu praesentem vasallum sine liberis mori, & per eius mortem feudum aperiri, necesse est. Catum, quae dicta sunt, illustrantem, vide apud FABRVM in der Staatskanzlei P. XIII. p. 464. seqq.

§. XXX.

*Vt casus aperturae talis sit, in quo exspectatiarius ad 4) ipsum successionem admittendus, requiritur, tam secundum ius naturae, feendum, quam secundum ius posituum, IV) tale feendum apertum factum quod aperi-
esse, quod exspectatiua sub se continet. Id quod per se patet.*

*speciatiu
esse compre
hensum.*

§. XXXI.

Si itaque exspectatiua ad certum feendum directa, illud praecipue feendum aperiri, necesse est, ut exspectatiarius ad successionem admittatur. Si vero ad certum feendum non directa est, unum ex feudis eius, qui exspectatiuam concessit, aperiri, sufficit.

Et haec sufficient de primo requisito ad successionem exspectatiuarum in feendum apertum necessario. Progredior iam ad secundum requisitum.

20 CAP. II. DE REQVISITIS AD SVCCESIONEM

MEMBRVM II.

D E

SECVNDO REQVISITO AD SVCCESIONEM
EXSPECTATIVARIORVM IN FEVDVM
APERTVM NECESSARIO.

§. XXXII.

Thema hu-
ius memtri successionem de qua loquor necessarium; est, exspectatiuam esse
determina-
tur. validam. Vt vero hoc requisitum adesse dici possit, requiritur:

1) exspectatiuam ab initio esse valide concessam, & 2) tempore eo,
quo exspectatiuarius vi eius succedere vult, eam nondum esse extinctam. Quae cum ita sint, latissimus mihi aperitur campus,
dum huius secundi requisiti explicationem aggredior. Ast, ne
trita & vulgaria, ab aliisque vel centies dicta, hic repetam, quae
dam delibare, quam omnia quae hoc pertinent, exhaustire malo.
Sic itaque, quod validam exspectatiuae concessionem attinet, tan-
tum, quid hodie iustum sit circa concessionem exspectatiuae in
feuda imperii maiora, hic evoluere placet, licet doleam, quod mihi non ad manus sit Dif. de limitata imperatoris potestate in con-
cedendis exspectatiuis in feuda imperii maiora, quae Argentorati
1750. auctore Ioan. God. FEIGLERO prodiit. Quod vero atti-
net alterum thema, tantum nonnullos casus extinctae exspectatiuae
feudalis sub examen vocabo.

§. XXXIII.

Requisita, Si Imperator hodie exspectatiuam in feuda imperii maio-
bodie ad va- ra valide concedere vult, requiritur, si feudum est Electoratus,
lidam expe- collegii electoralis consensus, si vero principatus, comitatus seu dy-
ctatiuam in nascia est, etiam collegii principum consensus accedere debet. San-
cuitum

citum enim est in Cap. Nov. Art. XI. §. 10. „Wann auch ins *feuda imperiale*, künftige Lehen dem Reich durch Todesfalle oder Verwürtigung *rii maiora*, eröffnet und ledig heimfallen werden, so etwas merkliches er *necessaria* tragen, als Churfürstenthümer, Fürstenthümer, Grafschaften, *determinantia*, Herrschaften und dergleichen, die sollen und wollen wir, die *tur.* Churfürstenthümer, ohne des Churfürstlichen Collegii, die Fürstenthümer, Graf- und Herrschaften Städte und dergleichen, aber, ohne des Churfürstlichen, Fürstlichen, auch (wenn es nehmlich eine Reichsstadt betreffen thut) Städtischer collegiorum, *consens* ferner niemand leihen, auch niemanden einige Exspe-*cianz* oder Anwartung darauf geben.“ Haec expressa legis verba satis euincunt propositionem demonstrandam, dum verba: *sõ etwas merkliches ertragen*, satis euincant, hunc textum loqui tantum de feudis imperii maioribus, & reliquas propositionis demonstrandae partes ipsa textus verba contineant.

Quod attinet consensum collegii ciuitatensis, eius in ipsa propositione nullam feci mentionem, licet in modo excitatis capitulationis verbis, & eum nonnunquam requiri, dicatur. Ast salua res est. Textus enim loquitur tam de reinfeudatione, quam de exspectatiis, & licet de ciuitatibus, quippe quae feuda non sunt, nec reinfeudatio, nec exspectativa praedicari possit, sive non satis pateat, quo sensu hic, quae de ciuitatibus imperialibus dicuntur, accipienda sint: tamen, si quod meum est iudicium, quae de ciuitatibus imperialibus dicuntur, ad exspectativas plane applicari nequeunt, sed potius de prima infeudatione accipienda sunt, vt sensus hic sit: quod, si ciuitas imperialis de novo infeudanda, id fieri debeat cum consensu ciuitatum imperialium, quae est ill. MOSER in der Einleitung zum Reichs-Hofrats-Proceß P. 3. C. 2. §. 11. de horum verborum sensu, sententia. Licet enim nec haec interpretatio cum legum verbis satis conueniat, inde tamen defendenda, quod verba alium sensum habere nequeant. Tentau quidem laepius, an non, praeferimus ope alterum publicorum, alias sensus erui possit, ast haec fustra. Parum tamen absuit, quin in eam inciderim

Sententiam, ea, quae de ciuitatibus imperii dicuntur, intelligenda esse de feudis, quae ciuitates imperiales ab imperio habent. Ast cum in textu inter ipsas res, de quarum collatione loquitur, non feuda ciuitatum, sed potius ipsae ciuitates (Städte und dergleichen aber) enumerentur, nec haec interpretatio caret suis difficultatibus. Ill. M O S E R I interpretationem itaque meam facere, quam nouam, nullius auctoritate stipatus, defendere malui.

§. XXXIV.

De praescientia eo-tire debent, exspectatiua ab Imperatore in feuda imperii maiorum, qui data, valida est, siue consensus praecedat ipsam concessionem, siue consentire debent, si Imperator exspectatiuum in feuduim in imperii maiora concedit.

Non me fugit quidem defendere alios, praecise consensem antecedentem requiri, eosque ratihabitionem excludere, ideo, quoniam in textu, ex quo demonstratio desumpta, expressis verbis dicitur: *Vorwissen und consens*, vocem *Vorwissen* vero denotare praescientiam. Ast primo nego & pernego vocabulum *Vorwissen* denotare praecile praescientiam, cum potius, si verba *Vorwissen* und *consens* non pro Synonymis habenda sint, atramen non nisi etenim differant, quatenus differunt, scire & consentire. Tente enim communi loquendi vsl, non solemus semper tam accurate loqui, vt praecile per praefixum *Vor*, speciem scientiae (des Wissens) quae praescientia est, & stricte sub voce *Vorwissen* venit, intelligamus, sed potius, si haec est loquentis mens, dici solet, vorhergehender *consens*, seu *Einwilligung*. Secundo, si etiam vocabulum *Vorwissen* hic in strictissimo suo significatu denotaret praescientiam, tamen non praecise ad validitatem exspectatiuae requiritur, eorum, qui consentire debent, *consensus* praecevens, si modo ratihabitio subsequatur.

Si

Si enim eo, cuius praefcientia requiritur, inscio exspectativa concessa est, is vero ex post consentit, siveque ratihabet eam, per hanc ratihabitionem vitium purgatur & actus fit retro validus, dum per ratihabitionem, quae sequitur, fit simul tacita renuntiatio iuris, quod praescire debuisset consentiens id, in quod consentit. Recte itaque MOSERVUS l. c. §. 12. & MASCOVIVS in Dili. de exspectatiis in feudis imperii §. 31. ratihabitionem hic sufficere, existimant.

§. XXXV.

Conclusum dicitur *collegiale* (*Collegialschluss*) si formatum *conclusum collegiale* per vota membrorum collegii congregatorum. E contra vero *legialis* & *conclusum* dicitur *extracollegiale* (*Extracollegialschluss*) si forma *extracollegiale* per vota membrorum collegii non congregatorum, sed seorsim, ut & sim votantium. Ut itaque *consensus collegialis* (*Collegialbewilligung*) sit, qui per *conclusum collegiale* declaratur: *consensus ex collegialis extracollegialis* (*Extracollegialbewilligung*) vero, qui per *conclusum collegii extracollegiale* declaratur. Negari tamen nequit, *conclusum collegiale* etiam idem esse ac *conclusum collegii*, id est, a collegio quodam formatum, sive collegialiter, sive extracollegialiter formatum sit; & per *consensum collegiale* etiam intelligi posse *conclusum collegii* per *vnanimia formatum*. Vnde in interpretatione, quoties hi termini occurrent, ex contextu definiendum est, in quo sensu iis sit *vsus verborum auctor*. Ego vero in sequentibus cum his terminis priores coniungo notiones.

§. XXXVI.

Si adest eorum, qui iuxta §. 33. consentire debent, con- An *consen-*
cessus, exspectativa ab Imperatore in feuda imperii maiora consensus in exspe-
ctiva valida est, sive consensus eorum sit collegialis, sive extracolle- Etiam in
gialis. Lex enim, nimirum Art. II. §. 10. Cap. Nov. quae re- feuda impe-
quirit consensum, non distinguit inter consensum collegiale, & rii maiora,
ex- debit esse
collegialis.

24 CAP. II. DE REQUISITIS AD SUCCESSIONEM

extracollegialem, sive cum lege non distinguente, nec nostrum sit distinguere, si consensus adest, perinde est, sive sit collegialis, sive extracollegialis consensus.

Est quidem KLOCKIVS de contributionibus c. 6. n. 128. seqq. in ea haeresi, quod semper consensus collegii debeat esse collegialis, dum l. c. inquit: „probe notandum est, de iure actus vniuersitatis vel collegiorum non aliter valere, quam si collegialiter peragantur, nec sufficit, si postmodum separatum vel particulariter consensus superueniat. Adeo ut non sufficiat ratificatio, cum a principio nullum sit, nisi illa fiat collegialiter.“ Quae thesis, si vera esset, licet lex non nisi generatim consensum requirat, eum tamen collegialem esse debere, nec ego negare auderem. Ast, prout KLOCKIVS non probavit hanc thesin, ita nec probari potest, sed potius generatim dicendum est: si adest consensus collegii seu vniuersitatis, actus eorum valer, sive sit collegialis, sive extracollegialis, nisi lex consensum collegialem pro forma requirat. Ad sollemnitates & formalia enim pertiner, a collegio aliquid collegialiter fieri. Hinc etiam in aliis ipsius Capitulationis locis collegialis consensus expressis verbis requiritur, veluti Art. 8. §. 2. Art. 11. §. 19.

§. XXXVII.

*Quatenus
bice de casi-
bus extin-
etiae exspe-
ctatiuae
agendum.*

His ex doctrina de valida exspectatiuae concessione delibatis, quaedam etiam ex doctrina de modis, quibus exspectatiua extinguitur, delibare placet. Operae pretium enim esse iudico, inquiri: 1) *An facta feudi alienatione, illico extinguitur exspectatiua?* 2) *An, si feudum aperitur simultanea inuestitis vel ex parte successorio succendentibus, exspectatiua pro extincta habenda sit?* 3) *An exspectatiuarius in concursu cum aliis semel exclusus, semper exclusus sit?* 4) *An, si contingit quidem, feudum domino simpliciter apertum factum esse, ast non per eam aperturae caussam efficientem, quae in exspectatiuae concessione expressa est,*

ex-

exspectativa adhuc subsistat? Sunt enim hae quaestiones in utramque partem disputabiles, & diffentiunt etiam in iis decidendis DD. Cum vero ex unico principio fluat responsio ad eas, praemisso hoc principio, responsio addenda.

§. XXXVIII.

Quoties contingit feudum exspectantia promissum in eum Principium statum venire, ut casum aperturae talem, in quo exspectatiuarius generale, ex succedere posset, existere impossibile sit, tories exspectativa extinquo fluit guitar. Abs licet alia quaedam mutatio contingat, quae tamen questionum eum effectum non producit, exspectativa non extinguitur. Tum motarum enim in priori casu conditio nunquam existit, sicque totum nego. deciso. tium a conditione dependens resoluitur. Quod cum in posterio- ri casu non contingat, nec in eo exspectativa extinguitur.

§. XXXIX.

Ex posteriore propositionis parte fluit:

I) Si feudum alienatur, exspectatiuam non illico extingui.

Tres pri-
ores quae-
stiones resol-
luntur.

Notum est DD. in eo inter se non conuenire, an si feudum alienatur, exspectatiario competit ius alienationi se opponendi & feudum reuocandi. Alii, & quidem plerique, simpliciter affirmant, feudum sine consensu exspectatiari posse alienari, & per consequens exspectatiario nec alienationem impediendi, nec etiam feudum alienatum reuocandi ius tribuunt. Alii sim- pliciter negant hoc, veluti MOSERVUS in der Anleitung zum Reichs-Hofraths-Proces P. 3. cap. 2. §. 52. Alii vero tan- tum in eo casu affirmanti responsioni subscriptiunt, si exspectativa inuestitura confirmata est, veluti HORN in Access. ad In- rispr. Feud. a Hannaccio editis C. 12. §. 17. BECK de conser- su feudal. §. 27. seqq.

BRUNNEMANNVS Cent. 3. Decis. 3.
D
BAVER

26 CAP. II. DE REQUISITIS AD SUCCESSIONEM

BAVER de inuestitura feudal i. s. seqq. Conf. Ill. MOEL.
LERI Uſus practicus distinctionum feudalium cap. 12. Dist. 10.
n. 4. Licet vero sub eorum signis militem, qui sententiae
affirmativaes simpliciter subscribant, ideo tamen exspectatiuam
illoco pro extinta non habeo, quoniam feudum est alienatum,
cum nihilominus fieri posset, feudum adhuc domino simpliciter
apertum fieri, licet iam sit per alienationem in alios translatum.

II) *Licet feudum simultanea inuestitis vel ex pacto successio-*
nio succendentibus aperiatur, iisque succedant, tamen ideo
exspectatiuam pro extinta non esse habendam.

III) *Exspectatiuarii, qui in concurso exspectatiuariorum plu-*
rium excluditur, exspectatiuam ideo non extingui, licet
haec exclusio efficiat exspectatiuarium diutius exspectare
debere.

Quoad haec tria corollaria, obiici quidem posset, in omnibus his casibus exspectatiuam pro extinta habendam esse, quoniam, licet in dictis casibus non impossibile sit, feudum aliquando domino simpliciter aperiri, tamen apertura non fiat, dum feudum adhuc penes primum acquirentem, aut eius legitimos successores est. Ast respondeo, nec hoc requiri, ut exspectatiuarius in feudum apertum succedere possit. Vid. infra (§. 47.).

§. XL.

Responsio ad Ex priori propositionis §. 38. demonstratae parte vero se-
quacnonem quiritur, exspectatiuam illico extingui, si feudum apertum factum
quartam. domino, per aliam aperturae cauſam efficientem, ac ea eſt, quam
exspectatiua ſub ſe comprehendit, niſi dominus aperturae ſibi factae
renunciet (§. 27.).

MEM.

MEMBRVM III.

D E

TERTIO REQVISITO, AD SVCCSSIONEM
EXSPECTATIVARVM IN FEVDVM
APERTVM NECESSARIO.

§. XLI.

Tertium & ultimum requisitum, ad successionem exspectatiuariorum in feudum apertum, necessarium, iuxta superio-
ra (§. 18.) in eo consistit, quod exspectatiarius, qui succedere
vult, ab alio, cum quo concurrit, non excludatur. Licet vero
primo intuitu videatur nec hoc argumentum specialem pertracta-
tionem mereri, cum doctrina de concursu exspectatiuariorum, &
quid circa eum iustum sit, iam satis ab aliis excussa; vel ideo tam-
men quaedam de eo hic monenda sunt, quoniam in omnibus com-
muni sententiae subscrivere nequeo.

§. XLII.

*Concursus exspectatiuariorum tum existere dicitur, si feu- Exspectati-
dum ita apertum factum, ut ad sint plures, qui ex diuersis exspe- uariorum
cariis in illud succedendi ius habent.*

*concursum
quid sit?*

Fieri potest plures adesse exspectatiarios, qui succedendi ius
habent in feudum apertum, nec tamen exspectatiuariorum con-
cursum existere, veluti si plures adfuerint, quibus una eademque
exspectatiua competit. Hinc patet, cur definitioni inserta sit illa
determinatio: *ex diuersis exspectatiuis.*

§. XLIII.

*Si adest concursus exspectatiuariorum, secundum ius feuda- Regula ge-
le naturale semper & in omni casu obtinet regula: qui prior tem- neralis de
D 2 pore exspectati-*

28 CAP. II. DE REQUISITIS AD SUCCESSIONEM

uariorum concursu. *pore potior iure. Ast secundum ius feudale posituum haec regula duplice admittit exceptionem, nemirum 1) si exspectativa tempore posterior inuestitura eventuali confirmata est; 2) si utraque exspectativa quidem nuda est, ast posterior exspectatiarius, postquam feudum iam apertum factum, cum eo inuestitus est. Secundum ius naturae enim in genere & simpliciter obtinet regula: Qui prior tempore, potior iure, quidni itaque & hic obtinet?*

Secundum ius posituum vero in concursu iurium, quorum unum personale, alterum vero reale est, hoc vincit illud. At enim uero, cum concursus exspectatiuariorum existat demum, si feendum iam apertum factum ita, ut exspectatiuaris successio defensatur (§. 42.), siveque tum feendum domino simpliciter apertum sit (§. 23.), quo facto exspectatiarius, cuius exspectativa inuestitura confirmata est, iam auctu dominium utile feudi, hincque ius reale, habet, quo etiam gaudere incipit exspectatiarius, qui nudus quidem est, ast post iam apertum feendum primus inuestituram impetravit. Quae cum ita sint, non possunt non secundum ius posituum dictae exceptions locum habere. Plures vero exceptions ex legibus positivi probari nequeunt, hincque in reliquis casibus obtinere id, quod iuris naturalis est, & per consequens, in iis tempore priorem exspectatiuarium excludere posteriorem, dubio caret.

Quoad ius naturae consentiunt, qui secundum illud, quid hic iustum sit, definierunt. Conf. LANGEMACK l. c. §. 35. MASCOV de exspectatiis in feuda imperii §. 36. Ast quoad ius posituum non omnes consentiunt. Plerique distinguunt, an unus possideat, an vero neuter possideat. In priori calu possessori victoriis pollicentur, licet tantum in possessorio, non vero in posteriori. In posteriori calu quidem in regula ad temporis prioritatem respiciendum esse iubent, ast tamen excipiunt non solum calum primum a me exceptum, sed addunt aliam exceptionem, si nimis unius exspectativa generalis, alterius vero

vero specialis est. Tum enim specialem simpliciter vincere generalem defendunt. Sed cum hic non loquar de victore in possessorio, nec priorem distinctionem curio, mihique sufficit, solam possessionem ad victoriam in petitorio non sufficere, nec eos negare, qui possessionis prius apprehensae rationem habent. Quod vero attinet exceptionem casus posterioris a me negliget, non possum non, quin de ea sequentem addam, ut appareat, me non sine sufficiente ratione a communi sententia recedere.

§. XLIV.

In concursu exspectatiuariorum cum, cuius exspectatiua Casus qui-specialis est, simpliciter praefendum esse ei, cuius exspectatiua generalis est, falsissimum est. Secundum ius naturae enim simpliciliis expendi-ter obtinet regula: qui prior tempore potior iure est. Hinc, si tur-secundum ius positivum & in hoc casu exceptio locum haberet, le-ges positivae adesse deberent, eam probantes. Tales itaque cum desint, dicta thesis falsissima est.

Mirari satis nequeo thesin, quam falsam esse defendeo, cuius quantum scio, auctor est HARTM. PISTOR. L. 2. Q. 29. ten-tum applausum meruisse, ut communis DD. schola eam pro vera habeat, & nec STRYKII seu potius WILDVOGELIT auctoritatem, qui in Diss. de concursu exspectatiuae generalis & specialis eius falsitatem perspicue satis demonstrauit, eam hacte-nus de sede sua iterum deiecere potuisse. Ego vero in STRY-KII castro transeo, coniunctus argumentis, quibus I. c. vslus est, & contentus responsione ad leges, quae obstatre videntur, ibi obvia. Hoc unicum tantum addo, eos, qui defendant regulam: qui prior tempore potior iure, eriam in concursu expec-tatiuae specialis cum generali exceptionem admittere, non minus exceptionem admittere debere in eo casu, quo exspectatiua determinata & indeterminata concurrunt, ita ut determinata semper indeterminata sit praferenda, licet hanc exceptionem silentio praetermittere soleant.

D 3

§. XLV.

30 CAP. II. DE REQVISITIS AD SUCCESSIONEM

§. XLV.

Connezzio.

Absolutis tribus requisitis ad successionem exspectatiuariorum in feudum apertum necessariis (§. 18.), statim ad alia progredi possem, nisi non inutile fore iudicem, quedam de nonnullis requisitis, quae necessaria esse videntur, licet talia non sint, addi.

§. XLVI.

Duo falsa

Si adsunt requisita in tribus antecedentibus membris evoluta, exspectatiarius ad successionem est admittendus, licet, si etiam exspectatiua inuestitura confirmata est, eius renouatio omessa sit.
Cum haec thesis ab III. GEORGIO LUDOVICO BOEHMER in commentatione iuris feudalis de inuestiturae simultaneae eventualis non desiderata renouatione, eiusque impuni omissione latit euicta, & in libro singulari de indeole & natura exspectatiuae & inuestiturae feudalies & de huius renouatione uberioris discussa, siveque iam omnia exhausta sint, ad has doctas commentationes me remittendo, demonstrationem addere, superuacaneum esse iudico.

§. XLVII.

requisita re-
iiciuntur.

Si adsunt requisita in tribus antecedentibus membris evoluta, exspectatiarius in feudum apertum succedit, licet apertura non contingat, dum feudum adhuc apud primum acquirentem eiusue successores feudales est, sed potius apertum fiat feudum, postquam iam ad alios peruenit, veluti ad simultane inuestitos est deuolutum, vel per alienationem in extraneum est translatum.
Licet enim exspectatiuae concessio sit strictae interpretationis, tamen dici & defendi nequit, eam esse restrictive intelligendam. At enim uero restrictiva potius, quam stricta interpretatio esset, si ita intelligenda, quod apertruae casus existere debeat, dum feudum adhuc est penes, primum acquirentem eiusue successores feudales, nec amplius vi eius succedi possit, si apertura contingit,
dum

dum feudum iam per alienationem aliquo modo ad alios peruenit.
Quae cum ita sint, inde sequitur quod erat demonstrandum.

Licer tot exstant de exspectatiua feudalii sat doctae commenta-
tiones, haec tamen nullibi hanc quaestioneum, quam hic de-
cimas habes, motam & resolutam inuenire licuit. Exinde ta-
men, quod plerumque DD. feudo alienato exspectatiuam pro
extincta habeant, & non nisi actionem ad interesse exspectatiuam
concedant, patet eos, ad minimum quoad alienationem, non
admittere quod ego defendo, nimurum non requiri feudum an-
te alienationem apertum fieri, sed potius, si feudum exspectan-
tia promissum alienatur, & post factam alienationem aperitur,
modo adhuc tria requisita, ad successionem exspectatiuarii ne-
cessaria, exspectatiuarium tamen ad successionem esse admitten-
dum. Sed nec deesse, qui & quoad alienationem mecum sen-
tiunt, patet ex praeiudicio in LEYSERI Diss. de iniquitate &
resto usi exspectatiuarum §. 50 obvio. Caeterum ideo non ne-
go, dari casus, in quibus necesse est feudum aperiri ante aliena-
tionem, & in genere, dum adhuc penes primum acquirentem
eiusus successores feudales est, veluti, si aperturae casus ita de-
terminatus, quod existere debet, dum feudum adhuc penes
hos est (§. 29.). Ast cum in hoc casu exspectatiarius ideo
non succedar, quoniam unum requisitorum ad successionem ne-
cessariorum deficit, salua mea thesi hoc admittere possum.

C A P. III.

D E

IIS, QVI VI EXSPECTATIVAE SVCCEDVNT, ET QVO ORDINE SVCCEDANT.

§. XLVIII.

*Si vi exspectatiuae in feudum succeditur, ad successionem Principium
veniunt is vel illi, qui tempore eo, quo casus successionis existit, generale de
ex.*

is qui suc- exspectatiuam babent, nulla gradus aut lineae proximitate, respe-
cedunt & Et uultimo defuncti vasalli, attenta. Cum enim, si vi exspecta-
successionis tiuae succeditur, fundamentum totius successionis sit ipsa exspecta-
ordine. tiua, non vero agnatio, quod eo tantum respiciendum sit, quis ex-
spectatiuam habeat, eo tempore, quo successionis casus existit, non
vero ad lineae & gradus proximitatem, respectu uultimo defuncti
vasalli, dubio caret.

Hic itaque idem obtinet, quod in successione simultanea in-
uestitorum in feudum obuenit, cum constet, quod, si ex iure
simultaneae inuestiturae in feudum succeditur, nec gradus, nec
lineae proximitatis ratio habeatur. WERNHER Obs. Praet.
P. 4. obs. 144. MAYER S. I. F. Cap. 5. §. 14. n. 3. CARPZ.
Disp. Feud. VI. th. 49. IDEM P. 3. C. 29. D. 8. BERLICH
P. 2. Conclus. 53. n. 60. Nolim vero confundas cum hac suc-
cessione, de qua hic loquor, successionem in ipsam exspectati-
uam feudalem, de qua exstet. DN. PRAESIDIS Diff. de suc-
cessione in exspectatiuam feudalem. In ea enim omnino ad gradus & lineae proximitatem, respectu uultimo defuncti exspectati-
uarii, est respiciendum.

§. XLIX.

Applicatio
eius

Si, existente casu successionis in feudum exspectantia pro-
missum, unus adest, cui soli exspectatiua competit, is solus succedit
in feudum apertum: Si vero plures ad sunt, penes quos est exspe-
ctatiua, hi omnes succedunt, & diuidunt inter se feudum, in qua
diuisione tanta feudi pars cuiilibet est assignanda, quando est sua ra-
ta exspectatiua. Cum enim in successione exspectatiuariorum in
feudum apertum exspectantia missum, unicum successionis
fundamentum sit exspectatiua, & qui exspectatiuam habent tempo-
re aperturae succedant (§. 48.), quod etiam eatenus succedere de-
beant, quatenus exspectatiua penes eos est, siveque vera sit propo-
sitio demonstranda, dubio caret.

§. L.

§. L.

Hinc fluit:

ad casus

- I) *Si tempore aperturae feudi primus acquirens exspectatiue adhuc vivit, isque unus est, eum totum feudum acquirere, vel, si plures adhuc primi acquirentes exspectatiuae, eos inter se feudum aequaliter diuidere:*
- II) *Si primus acquirens exspectatiuae iam mortuus est, isque reliquit successores in exspectatiuum, ii, in quos per successionem in exspectatiuum ea translata est, succedunt, & quidem pro rata exspectatiuae iis competentis.*

§. LI.

Si Titius, qui exspectatiuum acquisiuit, moritur, relictis speciales. tribus filiis, Meui, Caio, Sempronio, qui in exspectatiuum successerunt, tumque contingit, his tribus filiis adhuc viuentibus, feudum ita aperiri, ut exspectatiuarii ad successionem sint admittiendi, Meuius, Caius, & Sempronius aequis partibus succedunt. Si vero tempore aperturae Meuius iam est mortuus, relictis tribus filiis, Tullio, Antonio, Scio, Caius adhuc vivit, Sempronius autem itidem naturae debitum iam reddilit, superflite unico eius filio Lepido, tum, vi exspectatiuae, tres Meuii filii, Tullius, Antonius, Seius, cum Caio adhuc viuente patruo suo & praemortui patrui Sempronii unico filio Lepido, ad successionem in feendum apertum sunt admittendi, feendumque ipsum in tres partes est diuidendum, quarum tres Meuii filii unam, Caius unam, & unicus Sempronii filius Lepidus unam accipit. Cum enim per principia de successione in exspectatiuum feudalem a Dn. PRAESIDE in Diff. cit. § 28. stabilita, in primo casuum in ipsa propositione de cisorum exspectatiua sit penes tres Meuii primi acquirentis filios, aequis partibus, in secundo vero per Caium adhuc viuentem, Me-

vii tres filii & Sempronii vnicus filius a successione in exspectatiuam non excluduntur, sed tamen non nisi pro tercia parte, quae parentum erat, exspectatiua penes eos sit, casus, quos propositio demonstranda sistit, ita decidendos esse, prout sunt decisi, vi principii in §. 48. demonstrati, pater.

§. LII.

Quorsum in casum hu- ius generis decisione vnice respi-
cendum. Si casus, qui concernit successionem exspectatiuariorum, de casum huncidens est, omnia eo redeunt, ut determinetur, penes quem, & ius generis pro quanta parte penes eum sit tempore aperturae exspectatiua. De eo enim si constet, vi (§. 49.) per se pater, quis, & quatenus quilibet eorum, succedat.

Ex hac breui, &, vt spero, perspicua theoria de iis exspectatiuariis, qui in feudum apertum succidunt, & ordine successio- nis hic obseruando, per se paret, eos, qui defendant, successio- nem exspectatiuariorum in feudum apertum fieri, si adsunt plures primi acquirentis exspectatiuae nepotes, in stirpes & non in capita, a veritate non aberrare. Vid. STRV Syntagma Iur. Feud. cap. 7. Aph. 8. num. 3. BERLICH Concl. pract. P. 2. C. 54. n. 69. seqq. Hoc vero quin moneam, non possum non, non satis concinne quaeri: An plures nepotes primi exspectatiuarii in feudum apertum in capita, an vero in stirpes suc- cedant? cum potius ita quaerendum sit: An in successione in exspectatiuum feudalem rum, si adsunt plures primi acquirentis nepotes, successio in stirpes, an vero in capita fiat? Omnia enim hic dependent a successione in exspectatiuum ipsam. Caeterum theoria in hoc capite enucleata, facile extendi posset, ad magis specialia descendendo & plures casus singulares expendendo, id quod tamen non opus esse iudico, cum vi principiorum hic stabilitorum singuli casus facile decidi possint. Perrinet hue casus ille, quem sistit & ad quem vnicus directa est THEOD. BERGERI Diff. de successione in feudum apertum exspectantia promissum, qui concernit exspectatiuum restrictum ad vitam pri- mi acquirentis eiusque filiorum.

CAP. IV.

C A P V T I V.

DE

IPSA SVCCESIONE EXSPECTATIVARIORVM
IN FEVDVM APERTVM.

§. LIII.

Ipsa successio exspectatiuariorum in feudum' apertum ab soluitur acquisitione domini vtilis & possessionis feudi. Qua ratio ne itaque vtrumque fiat, hic paucis explicandum erit.

Thema hu-
ius capitilis
determina-
tur.

§. LIV.

Dominium vtile feudi exspectantia promissi, exspectatiua- rius, qui iam euentualiter inuestitus est, eo momento, quo feudum fiat acquisi- ita apertum fit, ut successio in illud vi exspectatiuae locum habeat, tio 1) do- ipso iure acquirit. **A**et exspectatiuarius, qui nondum euentuali- ter inuestitus est, illud demum per inuestituram, a domino facien- dam, acquirere debet. Exspectatiuarius enim, qui iam euentuali- ter inuestitus est, iam habuit ante aperturam feudi dominium vti- le conditionale. Cum itaque eo momento, quo apertura dicto modo contingit, conditio, sub qua iam habet dominium vtile, ex- istat, quin eo momento dominium vtile sine vlo nouo facto inter- ueniente, siveque ipso iure, acquirat, dubio caret.

Aet quod hoc secus se habeat, quoad exspectatiuarium nu- dum, inde statim per se patet, quod ei non competit ante apertu- ram dominium vtile conditionale, hincque tum transeat dominium vtile feudo aperto facto ad dominum, a quo mediante inuestitura demum in exspectatiuarium transferendum.

E 2

§. LV.

§. LV.

2) possessio-
nis feudi
aperti.

Si exspectatiarius in feudum apertum succedens iam inuestitus est, siue per inuestituram, per quam exspectativa fuit confirmata, siue per inuestituram, quam, postquam feudum apertum factum est, impetravit, auct feudum ipsum nondum possidet, quando feudi possessio vacua est, possessionem eius priuata auctoritate apprebendere potest, quod secus, si non est vacua. Si vero nondum inuestitus est, siue feudi possessio sit vacua, siue non, possessionem priuata auctoritate apprebendere non licet ei, nisi haec facultas ei expresse concessa sit, vel videat, se de iure suo periclitari, nisi possessionem apprehendat, tum enim, si possessio vacua est, eam priuata auctoritate apprebendere potest. Exspectatiarius enim, qui iam inuestitus est, tum, quando in feudum succedit, iam gaudet iure possidendi, quo adhuc destitutus est, qui nondum est inuestitus, id quod ex dominii utilis & inuestiturae definitione statim patet. At enim, cui ius possidendi iam competit, ei licet semper possessionem apprehendere, si vacua est, neutiquam vero, si non est vacua, cum e contra, qui iure possidendi destitutus, nunquam possessionem apprehendere possit, nisi in casu, quo, si vacua est possessio, facultas haec ab eo, a quo possessio petenda, expresse concessa est, vel videat, se de iure suo periclitari, nisi possessionem apprehendat, cum in hoc ultimo casu necessitatis fauor excusat apprehendentem.

Sunt, qui simpliciter cuilibet exspectatiario, sit modo possessio vacua, concedunt facultatem propria auctoritate feudi vacui possessionem apprehendendi, veluti WERNHER T. 3. P. 4. Obs. 40. TITIVS Teutches Lebnecht Cap. 13. §. 19. aliqui. Plerique tamen distinguunt ita, prout ego distinguo, & sic bene distinguentes, bene docent. Quod in specie attinet exceptionem secundam in casu, quo exspectatiarius nondum inuestitus est, a me admissam, quod nimium & rum apprehensio ab eo fieri possit, si adest periculum iuris amittendi, eius auctor est

HIL.

HILLIGER in Diff. de vasallo propria auctoritate contra dominum feudi siti ius dicente §. 14. eamque pro fatis fundata habeo. Et vi huius exceptionis recte defenditur, statibus imperii semper licere, feudi possessionem, si vacua est, priuata auctoritate apprehendere. Conf. MASCOV de exspectatiis in feuda imperii §. 42. MOSER l. c. Cap. 2. §. 52.

§. LVI.

Licit exspectatiarius nudus, in casu quodam secundum Anexspectat. praeced. excepto, feudi vacui possessionem propria auctoritate titularius nūminum, & ab eo inuestituram petere, quae inuestitura accedere iam possit, ut ipsa successio absoluatur, nec repetita, sed prima inuesti deat, tamens tura est. Per apprehensionem possessionis enim non simul acquiri dominium vtile, per se patet. At enim uero cum per hypothesin exspectatiarius nudus supponatur, isque non iam habeat dominium vtile, id adhuc acquirendum est, quod in casu successionis non aliter, quam per inuestitum, fieri potest. Vnde simul etiam liquet, hanc inuestituram esse primam, & talem, quae, cum successio ipsa nondum absoluta, nisi & dominium vtile iam acquisitum (§. 53), ad absoluendam successionem requiritur.

Duplici obseruatione haec propositio illustranda. Primo enim ex §. 54. facile patet, cur restricta sit ad exspectatiarium nudum. Si enim inuestitura confirmata est exspectatiua, ipso iure exspectatiarius sit dominus vtilis (§. 54.), sic que talis inuestitura, de qua hic loquor, quae ad successionem absoluendam requiritur, vi accedat, nec necesse, nec possibile est. Interim tamen exspectatiarius, cuius exspectativa inuestitura confirmata, renouationem inuestiture petere debet, de qua demum Cap. se. 4. §. 60. agendum. Secundo videtur ob textum II. Feud. 33. pr. tum, si apprehensio possessionis, ob facultatem a domino concessam, facta, iam eo ipso inuestitura eventuali facta esse, & sic non vniuersaliter vera esse propositio demon-

strata. Dicitur enim in textu excitato, si dominus in praesentia parium curiae dixisset: *vade in possessionem*, id pro inuestitura haberi; unde fluere videtur, concessa feudi apprehensione a domino, euentualiter iam inuestitum esse exspectatiuarium cum feudo, cuius possessio est apprehensa. Ast, cum concessa in litteris exspectatiuae facultas feudi aperti possessionem apprehendendi non inuoluat talem actum, de quo loquitur hic textus, nec ideo pro iam inuestito habendum est exspectatiarius. Recte igitur obsernauit Ill. PVFFENDOREFFIVS in obs. iur. vniu. P. I. obs. 5, tum, si per litteras exspectatiuae facultas concessa feudi proxime vacaturi cuiuscunque pro lubitu possessionem apprehendendi, salua tamen exspectatiati electione, inuestituram euentualem & traditionem eius feudi factam non esse, quod exspectatiuarus postea elegit. Idem vero dicendum esse puto, si exspectatiua non quidem generalis est, de qua tantum loquitur PVFFENDOREFFIVS, sed & si specialis est.

§. LVII.

*Quid iustum
sit, si adeſt, apertum, adeſt contradictor feudum possidens, is aut dominus feu-
qui negat
succes-
nem?*

*Si, existente casu successionis exspectatiuarii in feudum
di est, aut tertius. In priori casu, si exspectatiuarii exspectatiua
inuestitura confirmata est, is, remedii senioribus fruſtra tentatis,
tam remedii adipiscendae possessionis, quam etiam rei vindicatione
uti potest, cum e contra, si exspectatiuarii exspectatiua nuda est,
non nisi personalis actio contra dominum ei competit. In posteriori casu, si exspectatiuarii exspectatiua inuestitura confirmata est,
itidem contra tertium tam remedii adipiscendae possessionis, quam
rei vindicatione uti potest, quod secus, si nudus exspectatiuarius
est, is enim dominum adire debet, qui tamen cedendo actiones li-
beratur, nec tenetur tertium expellere, & suis summis litem age-
re. Hac cessione vero facta nudus exspectatiuarius, tam remedii
adipiscendae possessionis, quam rei vindicatione uti potest. Satis
nota sunt, nec hic demum demonstranda, sequentia principia iuris:*

i) qui

1) qui dominium utile iam actu habet, eum posse etiam rei vindicatione vi, & qui iure possidendi instrutus, ei competere remedia adipiscendae possessionis, idque in casu opposito secus se habere: 2) Exspectatiuarium nudum, licet feudum iam apertum factum sit, tamen dominio utili & iure possidendi nondum gaude-re, quod utrumque ius tamen exspectatiuarius jam eventualiter inuestitus eo momento, quo feudum aperitur, acquirit: 3) Promissum cadere in debitum, ast tamen solam promissionem, non nisi actionem personalem producere: 4) Qui sentit commodum, penes eum etiam esse debere incommodum: 5) Si feudum domino simpliciter apertum factum, contra quemlibet, praeter exspectatiuarium, ei rei vindicationem & remedia adipiscendae possessionis competere. Ex his principiis vero, quae quilibet me non praenunte applicare potest, flaunt per se omnia propositionis demon-strandas membra.

Qui singula momenta hic obuenientia partim veterius evoluta, partim auctoritatibus DD. munita legere vult, evoluat, quoad facultatem in dictis casibus remediis possessoris & rei vindicatione utendi, HILLIGERVM l.c. §. 14 seqq. TITIVM l.c. §. 20, quoad ipsa remedia adipiscendae possessionis, quibus ut licet exspectatiuarium, HORNIVM in Iurispr. Feud. Cap 12. §. 14. STRVVIVM in Synt. Iur. Feud. Cap 8. Tb. 10. n. 5. quoad ius dominii, quod cedendo actiones liberetur, HARTMANN PISTOR. P. 2. Quaest. 25. n. 25. STRVV. l.c. C. 7. Tb. 7. n. 4.

§. LVIII.

Si feudum ita apertum factum, ut exspectatiario succ. Intra quod cesso deferatur, is vero in persequendo iure suo negligens sit, se tempus excludum ius feudale longobardicum, intra triginta annos adhuc spectatina-petere potest feudum: nisi dominus eum admoneat, & tum terius ius frustra admonitus non compareat, quo cuius ius suum facta tria suum perso-ad qui debeat.

admonitione amittit. Prima pars propositionis regulam sistens inde probatur, quod praescriptio feudalis requirat tempus triginta annorum, quodque idem tempus etiam requirat praescriptio actionis personalis, in subsidium adhibito principio §. 57. demonstrato. Altera vero, exceptionem continens, euincitur per ipsa legis verba, dum Feudista II. Feud. 24. §. 1. est & alia, ait, *ingratitudo notanda, si dominus inuestitaram pollicendo vasalli fidelitatem petierit: & illo non praestante, dominus tribus vicibus, conuenienti tempore interposito, forte septem dierum spatio, ad curiam suam super hoc reclamauerit: & vasallus tribus vicibus citatus a suis paribus iurare voluerit.*

Putat quidem CASPAR BITSCHIVS in *Comment. ad consuet. feud. Lib. 2. Tit. 24. §. 1.* excitatum textum iuriis feudalium non loqui de realiter inuestito, nec de mere verbaliter inuestito, sed potius de abusive inuestito, ut itaque videatur eum ad quemlibet exspectatiuarium applicari non posse. Ait 1) BITSCHIVS argumenta euincunt quidem, eum non loqui de realiter inuestito, quod vero praecise de abusive inuestito tantum intelligendus sit, excluso mere verbaliter inuestito, id quidem non satis probauit BITSCHIVS. 2) Si etiam, secundum verba ipsa, textus tantum de abusive inuestito intelligendus esset, tamen ex rationis indentitate, ad quemlibet non realiter inuestitum extendi deberet. Caeterum notandum, secundum ius feudale germanicum antiquum intra annum & diem exspectatiuarium, feudo aperto facto, ius suum vrgere debuisse, sub periculo illud amittendi, nisi probare potuerit aperturae factae ignorantiam. *Ius Feudale Saxonicum Cap. VII. s. vlt.* „Ob der Mann verschmehet das Lehn, das dem Herrn ledig wird, und ihm das nicht zuziehet in Jahr und Tag, von dem ist der Herr ledig: „der Mann thue denn seine Unschuld dar.“ Cum quo consentit *Ius Feudale Alemannicum Cap. 15.* Conf. Ill. BOEHMERICI Commentatio de simultaneae inuestiturae eventualis non desiderata renouatione C. 3. s. 80.

C A P V

D. 1

D E

EFFECTV ABSOLVTAE PER SVCCESIONEM
EXSPECTATIVARIORVM IN FEVDVM APERTVM
ACQVISITIONIS FEVDI.

§. LIX.

Postquam exspectatiarius per successionem vi exspectati. *Thema huius
vae feudum acquisuit, varios absoluta acquisitio feudi per successio- ius capituli
nem ex exspectatiua producit effectus, quorum potiores hic alle- determina-
gandi & deducendi sunt. Exserunt vero se potiores hi effectus tur.
ratione 1) renouationis inuestiture: 2) variarum praefationum
pecuniarium exspectatiario, qui feudum acquisuit, incumben-
tium; 3) fructuum feudalium & in genere separationis feudi ab
allodio; 4) obligationis ex factis antecessorum, de quibus singu-
lis sigillatim agendum.*

§. LX.

*Sic exspectatiarius per successionem feudum exspectantia Effectus ab
promissum acquisiuit, in casu, quo exspectativa inuestitura fuit soluta e per
confirmata, intra annum & diem, a tempore, quo possessionem est successionem
nactus, inuestituralē renouationem petere debet. Tum enim facta ex expecta-
tione mutatio in manu seruiente, ita ut nouus vasallus iam antea sit tunc acquisi-
tus. In hoc casu vero quemlibet nouum vasallum, a tempore, quo possessionem
feudi nactus est, intra annum & diem re 1) ratione renouationis
inuestituralē petere debere, noto notius est.*

Alia quaestio est: intra quod tempus feudo aperto facto exspectatiarius ius suum perseguiri debeat? Quod sit, si nudus exspectatiarius, qui feudi possessionem apprehendere nequit, inuestituram & possessionem a domino petat, vel vestitus exspectatiarius feudi possessionem apprehendit, aut si hoc non licet, remedii possessoris possessionem persequitur de qua quaestio

ne iam supra (§. 58.) actum. Hic suppono exspectatiuarium, cuius exspectativa inuestitura confirmata fuit, & qui iam est in feudi aperi possessione. De eo enim tantum moueri potest quaestio: an & intra quod tempus ad perendam inuestiturae re-nouationem sit obligatus.

§. LXI.

2) ratione
praeftati-
onum pecu-
niariarum:
Effectus absolutae acquisitionis feudi per successionem exspectatiuarii in feudum apertum, quoad praeftationes pecuniarias, veluti laudemium maius & minus, taxam feudalem &c. in eo confifit, quod exspectatiuarius ad eas praeftationes pecuniarias fit obligatus, quae ex curiae consuetudine extraneus feudum acquirens soluere tenetur; sive in specie exspectatiuarius succedit in feudum imperii, praeter alias satis notas & pro casuum diuerſitate diuerſas praeftationes pecuniarias, certam pecuniae summam, unam, sub nomine laudemii, iudicio imperiali aulico, alteram, sub nomine pecuniae successoriae (der Anfallsgelder), cancellariae imperii soluere debet. Est enim exspectatiuarius extraneus, & quod in specie attinet feuda imperii, per Capit. Nou. Art. 17. §. 19. a solutione der laudemien und Anfallsgelder tantum successores feudales simultanea inuestitura gaudentes liberantur, ad quos exspectatiuarii referri nequeunt.

Sunt quidem verba in capitulatione l. c. obvia: von denen Leben, damit sie alberet coinvestiret gewesen, propter verbum: coinvestiret, dubiae interpretationis; plerique tamen sub coinvestitis, simultaneo inuestitus intelligendos esse, defendant. MOSER Einleitung in den Reichs-Hoffraths-Proces P. 3. Cap. 4. §. 106. Sed haec iam nihil ad me. Sit enim horum verborum secundum III. E S T O R. in Diff. de onere laudemii deposito. Sect. 3. §. 28. vera mens haec: ut in posterum omnes illi agnati successores, qui sunt a latere defuncti vasalli positi, quosque in ordinum regni numero videmus, exempti sint onere laudemii, nihilominus tamen exspectatiuarii sub exemptis comprehendendi nequeunt, quibus proinde recte Illustr. SCHMIDSSIVS in comp. iur. publ. L. 2. C. 5. §. 8. edit. nou. hoc onus imponit, quam-

quamvis male dicat l. c. in einem laudemio oder *Anfalls geld*, cum laudemium & pecunia successoria (*Anfalls geld*) a se inuicem differant & vtraque pecunia soluenda sit, sive potius, in einem laudemio und *Anfalls geld*, dicendum fuisset. In quo vero differant haec diuersae pecuniae species, ex ipsa propositione patet, & pluribus ostendit, Ill. ESTOR l. c. Sect. 5.

§. LXII.

Effectus acquisiti per successionem ex exspectatiua feudi ratio- 3) *ratione ne fructuum feudarium, & in genere separationis feudi ab allodio fructuum iidem sunt, cum iis, qui locum habent, si feudum redit ad domini feudalium, seu quod idem est, quod iustum est ratione fructuum feuda-* 3) *ratione separationis feudi ab al-*
lium, & in genere separationis feudi ab allodio, si feudum redit ad dominum, idem etiam iustum est, si exspectatiuarius per suc- 3) *ratione separationis feudi ab al-*
cessionem vi exspectatiuae feudum acquisiuit. Cum enim, si ex-
spectatiuarius succedit, feudum domino simpliciter apertum factum
est (§. 23), ad dominum rediisset feudum, nisi adfuisset exspectatiuarius, & per consequens exspectatiuarius caussam a domino ha-
bet & in locum eius surrogatur. At enim uero surrogatum tam-
diu sapit naturam surrogati, quamdiu ratio diuersitatis probari ne-
quit, quae, cum ratione fructuum feudarium & in genere separa-
tionis feudi ab allodio, probari nequeat, vera est propositio de-
monstranda.

§. LXIII.

Effectus factae per successionem vi exspectatiuae acquisitio- 4) *obligatio-*
nis feudi, ratione obligationis ex factis antecessorum, qualia sunt, num ex fa-
ctibus feudatio, oppignoratio, alienatio pertinentiarum feudalium, &is antece-
seruitutum constitutio, &, si feudum est territorium, exspectati-
uae concessio, reinfeudatio feudorum apertorum, appropriatio feu-
dorum, mutatio feudi, veluti masculini feudi in femininum, non
franci in francum, non hereditarii in hereditarium &c. consensus
in actus vasallorum, quos sine domini directi consensu valide pera-
gere nequeunt, hic est, quod in exspectatiuarium, nunc vasallum

possessorem, transeant obligationes ex factis antecessorum peatenus, quatenus transeunt in ipsum dominum, si, apertura facta, feudum rediisset ad dominum: nisi forsitan exspectatiua ita concessa, vt vasallorum possessorum facultas de feudo disponendi in favorem exspectatiuarii limitata, veluti ne liceat posthac feudum oppignorare, aut quoque modo onerare: quo casu, licet obligatio ex facto antecessoris talis sit, quae transiisset in dominum, feudo ad eum reuerso, ea tamen non transit in exspectatiuarium, nunc vasallum possessorem, quatenus limites positos sunt transgressi vasalli possessores. Haec propositio quoad partem primam eodem modo demonstratur, quo propositio, quam §. praecedens sifit, demonstrata est. Quoad secundam partem vero, quae limitationem continet, veritas eius per se tam clara est, vt non opus sit, eam per demonstrationem evinci.

Sic e. g. cum dominus, qui in oppignorationem consensit, obligatus sit, feudo ad ipsum devoluto, debitum cum usuris soluere, ad huiusmodi debitum soluendum tenerur quoque is, qui vi exspectatiuae feudum capit. *s tr v v. snt. iur. feud. cap. 12. thes. 2. n. 2.* Hoc unicum exemplum sufficiat illustrationis gratia, cum doctrina de obligatione domini feudi, feudo aperto ad eum devoluto, ex pacto vasallorum, hic supponenda, ne immisceam, quae ad thema meum non pertinent. Quod attinet limitationem adiectam, ita exspectatiuam concedi posse, vt vasallorum possessorum facultas de feudo disponendi limitetur, dubio quidem caret, ast, an dominus, qui, vt constat, in regula absque consensu vasalli exspectatiuam concedere potest in feudum, & in hoc casu absque eius consensu hoc facere possit? alia quaestio est, quae hic non decidenda. Cum vero limites vasallis possessibus ratione facultatis de feudo posthac disponendi in favorem exspectatiuarii positi, variis, imimo infinitis modis determinari possint, non nisi generaliter definiri potuit, quid sub hac hypothesi ratione obligationis exspectatiuarii, nunc vasalli possessoris, ex facto antecessoris iustum sit, quod nimirum

rum eatenus non transeat tum obligatio, quatenus vasalli possessores limites positos sunt transgressi, id quod, in quolibet casu dato, ex ipsis verbis limitationem continentibus aestimandum, & tum demum responderi potest ad quaestiones huc pertinentes, veluti: quatenus obligatio ex reinfeudatione, exspectatiuae concessionē &c. transeat sub hac hypothesi in exspectatiuum, nunc vasallum possessorem. Facem hic praeferit III. quondam Ducatus Magdeburgici Consiliarius *Ioan. Christoph. HEROLD* in obseru. consultatio. decisius forensibus obf. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. & 8. in quibus variis casus obligationum exspectatiuarii, nunc vasalli possessoris, ex facto antecessoris, cuius facultas de feudo post factam exspectatiuae concessionem disponendi in favorem exspectatiuarii restricta, enucleati & decisi, decisionesque praeiudiciis corroboratae sunt.

§. LXIV.

Plura non addo, & quidem, ne quid dissimulem, non tam ob temporis penuriam, quam potius ob meam ignorantiam & virium mearum imbecillitatem. Dixi, quae scio de hoc themate, & digna mihi visa sunt, ut ingrediantur hoc specimen, cui finem impono cum voto, ut exspectatiuarii feudales, quorum spes iam impleta, adhuc diu fruantur feidis per exspectatiuam acquisitis, reliquorum vero spes, si ita absque voto captiandae mortis optare licet, mox impleatur.



PRAE:

PRAENOBILISSIMO ATQUE DOCTISSIMO
DOMINO RESPONDENTI

S. P. D.

PRAESES.

Doles in dissertationis TVAE §. XXXII. quod TIBI non ad manus sit IO. GODOF. FEIGLERI Diff. de limitata Imperatoris potestate in concedendis exspectatiis in feuda imperii maiora, quae Argentorati 1750. prodiit. Ast cur? Ideo, si recte coniicio, quoniam ex rubro huius scripti duxisti argumentum, in eo iam penitus excussa esse omnia, quae concernunt Imperatoris potestatem in concedendis exspectatiis in feuda imperii maiora, ut sic potuisses, si id inspiciendi copia facta esset, aut lectorem ad illud tantum remittere, aut, hoc subsidio non destitutus, quae ex hac doctrina delibare placuit, nouis luminibus illustrare. Iusta sane doloris causa! Ast define lugere AESTVMATISSIME BRUCKNERE! Incidit, dum hoc scribo, in manus meas haec FEIGLERIANA commentatio, haud ita pridem recusa, eaque perlecta video TE sefelliſſe spem de ea conceptum; cum plus in rubro sit, quam in nigro. Quae TV §. XXXIII. seqq. dissertationis TVAE de requisitis hodie ad validam concessionem respectatiue in feuda imperii maiora necessariis protulisti, FEIGLERVS ne tetigit quidem, sicutque TIBI relictum erat egregium spicilegium. Quae cum ita sint, non potui non haec bona noua TIBI annunciare, & cum, quod TIBI bene cupiam, scias; quoad diligentiam & eruditionem adsint rerum testimonia; morum elegantia & suauitas propter notorietatem me paecone non indigeat; generis nobilitatem nomen TVVM prodat, plura non addo. Dab. Halae Magdeburgicae, die XII. Octobr. 1750 CC LII.

ULB Halle
001 015 494

3



Sb.



Farbkarte #13

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

DISSESSATIO IVRIDICA
DE

SVCCESIONE EXSPECTATIVARIORVM

IN

FEVDVM APERTVM

QVAM

PRAESIDE

VIRO CONSULTISSIMO ET EXCELLENTISSIMO

D. DANIELE NETTELBLADT,

SACR. REG. MAIEST. BOR. A CONSILIIS AVLICIS
ET PROFESSORE IVRIS ORDINARIO

DIE XXI. OCTOBRIS MDCCCLII.

PVBLICAE ERVDITORVM DISQVISITIONI

SUBMITTE T

AVCTOR ET RESPONDENS

HENR. IAC. CHRIST. BRÜCKNER
ERFORDIENSIS.

13.

HALAE,

TYPIS HENDELIANIS.

(6)